

der Kanzlei auf die Zeit von 1188 bis Anfang 1192 zu beziehen. — Die betreffenden Aussagen lauten:

Morandello iur. dix. quod ipsemet interfuit Rome in palatio Laterani coram Truffetto et Petro Seracini et priore s. Marie nove et Iacobo, et plebanus promisit Truffetto quod nec eas acquireret litteras, nec acquisivit, quod posset nocere his iudicibus et cause illis comisse¹, qui cognoscunt super ista causa et si acquisivit, quod vacuum esset et propterea fuit verbum appositum in litteris domni pape 'non obstantibus litteris impetratis vel impetrandis'.

Truffetus iur. dixit, quod sibimet promisit plebanus de Figgine, quod non acquireret, nec habebat acquisitas aliquas litteras, que possint obesse vel prodesse alicui rationi de sancto Segnori et plebani de Figgine in ipso itinere et Truffetus similiter promisit ei, sed dicit Truffettus, quod hanc promissionem non fecit plebano, quod abbas ei mandasset vel eius capitulum, set ne plebanus illuderet eum aliquibus litteris latenter impetratis et hec omnia facta fuerunt cum petitiones² scriberentur et hoc in palatio Lateranensi in introitu primi hostii quod custodit Fortunatus presentibus capellano domni pape, presb. Iohanne et Iacobo de Carraiole et alio qui scribebat petitionem et Petro Seracini et tunc non interfuit Morandellus. Item postea in cancellaria presentibus domno Gratiano et priore s. Marie nove et Morandello et Iacobo et aliis, cum notarius interrogaret, quare apponitur hoc verbum 'nullis litteris obstantibus impetratis vel impetrandis', et plebanus respondit, quia timebat ne possem latenter aliquas litteras impetrare vel impetrasse contra istas litteras vel contra aliud negotium abbatis³.

1) 'et — comisse' über der Zeile von gleicher Hand mit derselben Tinte nachgetragen. 2) 'petitiones' Hs. 3) Es sei hier noch hinzugefügt, dass in einer Urkunde desselben Archivs und derselben Provenienz, welche die Archiv-Bezeichnung '1194 Dec.' trägt (die Monatsangabe ist nicht berechtigt; das Stück ist datiert: 'a. inc. mill. cent. XCIII pont. d. nostri Cel. III. pape a. tertio mense . . (verloschen) ind. XII'), vom Kanzlei-Personal die folgenden vorkommen: Henricus sacros. Rom. eccl. scriniarius. — Rainaldus d. pape notarius. — Paganus d. pape familiaris et cancellarie hostiarius. Letzterer als Zeuge.
